

Alte Drucke

**M. TVLLII CICE-||RONIS OFFICIORVM LIBRI || III. Opera &
diligentia Vuolffgangi Ane-||mœcij ex uetustissimo codice,
plusquàm in cen-||tum locis ...**

Cicero, Marcus Tullius

Coloniæ, 1537/1538

VD16 C 3185

Dialogus In Quo Laelius Reddit rationem, cur pleros[que] locos in Cicerone
mutauerit

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150013

SO DIALOGVS IN

QVO LAELIVS RED-

dit rationem, cur plerisque lo-

cos in Cicerone mu-
tauerit.

V VOLFANGO ANEMOE-
CIO AVTORE.

LAELIVS. BRVTVS.

AEPENVMERO BRVTE

S mirari soleo, qui acciderit, ut ij Cicero-
nis nostri quidem familiaris libri, quos
de officijs docte & eleganter scripsit, tot
ac tantorum sint errorum pleni. BRV. Adeo-
ne delirare obsecro censes, ut id quod dicis, ue-
rum esse credam? Nam ut saepissime ex eo ipso
accepi, nullum tam exquisita diligentia edidit,
quam est illud de officijs opus. LAE. Quantum
tu quidem delires nescio, illud autem scio, ita esse
hoc, quod iam dixi. BRV. Praeterea ab ea usque
aetate, in qua scriptus est hic liber, semper in do-
ctorum hominum manibus, ut dignum erat, uer-
sabatur, omnes eum amplexabantur, omnes fo-
uebant, atque osculabantur. Num tu eos tam stu-
pidos fuisse censes, ut errores, si quis haberet hoc
opus, non potuissent deprehendere? LAE. Non
censeo. Sed ut tibi rem plenius exponam, habe-
to sic. Errores quidem, quos ego errores uoco,
nam saepius hoc uocabulo utor, non doctorum
homi-

DIALOGVS

hominum culpa, sed potius librariorum negligentia acciderunt. Deinde quæ illorum hominum ignavia fuit, librariorum puto, indices succreuerunt. Docti uero, in quorum manus corrupta exemplaria uenerunt, propter rixosa quorundam inuidorum hominum ingenia, quibus in hunc usque diem uitia placent, nihil ausi sunt mutare. Præterea nemo ex doctioribus hoc scribendi genus unquam adgressus est, ob eam, ut puto causam, quod se uera nunquam obtulerint exemplaria, tantum certi & fidei eorum conaturum testes. Ex hac igitur causa tot errores (ut antea dixi) irrepserunt. BR V. Quod si in eas opinione, ut nullam culpam in doctos reijcias, facile tibi assentiar. LAE. Nullam prorsus. Nam in hac sententia, quam iam professus sum, semper manebo. BR V. Deprome itaque si quid habes quod emendatum à te esse uelis. LAE. Depro nam, sed ut Medici, qui à principio, cum ægrotos suscipiunt curandos, leuibus remedijs leuia tollunt uitia, donec ægrotorum corpora pharmacis assuescerint, ne remediorum aut nouitate, aut acerbitate statim deterreant. Deinde paulatim & maiora & efficaciora adhibent. Sic ego à principio leuiiores tibi proponam errores, sic enim appello, ut rei asperitatem errorum lenitate mitiga tam uideas, ne mox deterrearis. BR V. Places, age incipe. Ea tamē lege tibi auscultandi operam pollicor, ut interpellandi etiam copiam, si quid displicet.

CASTIGATIONVM LIBER I.

displicuerit, facias. L A E. Quid nō ob eam em
causam tecū consero: & ut ab eo exordiar, qđ
de gerendis bellis docet, sic accipe. Vt em̄(ait)
cum ciue aliter cōtendimus, si est inimicus, ali
ter si est cōpetitor, cum altero certamen hono
ris & dignitatis est, cū altero capitis & famæ.
Quid tibi hæc uerba uident, nōne satis clara?
B R V. Satis: Sed quid est in ijs qđ emendasti?
L A E. In omnibus exēplaribus, quæ in nostras
quidem manus uenerūt, pro eo qđ est, cum ciue
aliter cōtendimus, legit cum ciuilit̄ cōtendi
mus. Sed opinor nostros homines Græca Apo
stropho, qua etiam antiquiores Latini usi sunt,
esse deceptos, qui ciuilit̄, pro ciu^{is} aliter lege
runt. B R V. Facilis est error, neq; tanti facien
dus, ut nobis amplius aliquid negocij faceſſat.
L A E. Facilis quidē ut ais, sed tamē tantus, ut to
tam immutet ſententiā. B R V. Illud uero mul
to magis miror, te illud qđ de ſecundo Punico
bello habet, quoniā à bellica re exorſus es, hic
adiunxiſſe, cum tamen in nullo alio codice,
quem ego ſanē uidi, reperiatur ſcriptum. Præ
terea magis ſuperfluū eſſe iudico, quā ut hic
recenſeatur, quoniam utranque hiftoriam li
bro tertio retractat. L A E. Recte quidem: nam
illius mones me, quod maxime uolo. An nō hæc
uerba Ciceronis eſſe putas? B R V. Nefcio me
Heracle: Quantiū uero mea fert opinio, Liuij po
tius

DIALOGVS.

tius quàm Ciceronis esse credo. Quod si omnes
 Liuij libri nobis extarēt, non dubito quin hæc
 ipsa uerba, in eo reperirent. L. AE. Demiror au-
 tem quidnā dubites. Ciceronis ne phrasin non
 agnoscis? Sed qđ putas hic superflū esse nō ui-
 deo. Si id superfluum esse uis, qđ bis à Cicerone
 tractat, quid opus erit M. Attilij Reguli histo-
 riam, quę præcedit, ueluti in hoc loco germanā
 amplius perpeti? Nam eandem etiam Cicero li-
 bro tertio tractat. B. R. V. Scio equidē, sed alia
 ratione. L. AE. Ita & reliquas duas alia retra-
 ctat ratione. B. R. V. Fateor. Quoniā uero pro-
 gressio facta est, pergamus ad reliqua. L. AE.
 Pergamus. Sed cōmode occurrit ille locus, qui
 ad ciuilem uirtutis imaginē pertinet: Sic enim
 ait Cicero. Quoniam autē uiuitur nō cum per-
 fectis hominibus, planeq; sapientibus, sed cum
 ijs, in quibus præclare agitur, si sunt simulachra
 uirtutis, etiam hoc intelligendū puto neminem
 omnino esse negligendū, in quo aliqua significa-
 tio uirtutis appareat. Omnes, me hercle, præter
 Aldum nostrum, uirum sanē qđ optimū sic lege-
 bant, in quibus non præclare agitur. Ignora-
 runt profecto illi homines, quid sit in eis præ-
 clare agi, cum negationem præposuerint. Quo-
 modo em̃ illi possunt uirtutis simulachra esse,
 in quibus non præclare agit, hoc est, in quibus
 nulla uirtutis significatio apparet? B. R. V. Au-
 sculto

CASTIGATIONVM LIBRI I.

sculto libens. Sed illud te rogo: tuum ne exemplar cum Aldino conueniat. L A E. Maxima ex parte. Deinde ut aliud adhuc aliquid, ad hunc adderet errorem, supposuerunt (sed) pro si: cum dixerūt, sed sunt simulachra uirtutis, quasi etiā scelerati & pessimi hoīes: nam ij sunt illi, in quibus nō praeclare agit: uirtutū essent imagines. BR V. Nequaquā. Cicero em̄, quantum ego quidē intelligo, aduersus Stoicos loquit, qui ex omni parte perfectā in hominibus esse sapientiā uoluerunt. Id qd noster amicus, recte quidem nostrum uoco, fuit em̄ utriq; familiarissimus, cōfutat, cum ait impossibile esse, ut hoīes iuxta Stoicam rationē sint perfecti: neq; exigit, dummodo praeclare agant, & sint uirtutū studiosi, hoc est, omnibus uiris eis studeant. L A E. Recte intelligis. Sed nō multō pōst, similē inuenies errorem, nempe ubi docet delectū tum accipiendorum, tum collocandorū etiam beneficiorū esse habendū. Sic uero inquit. Multi em̄ multa faciunt temeritate quadā sine iudicio, uel modo in omneis, uel repentino qdam (quasi uēto) impetu animi incitati. Meus codex morbo pro modo habet. BR V. Sed qua ratione? L A E. Dicā, si modo audire poteris. BR V. Potero. L A E. Morbū hic noster familiaris, pro insanitate, & animi egritudine accipit, quam Latini etiā Philosophi cōmuni uocabulo insaniam appellant.

Q Quem

DIALOGVS

Quēadmodum em̄ corruptus sanguis facile corporis morbū gignit, ita etiā prauarū opinionū perturbatio animū sanitate spoliāt, morboq; perturbat. Hinc accidit, ut stulti oīa omnibus sine iudicio donēt: Ex q̄ illud præclarū Horati: Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit, Hęc seges ingratos tulit, & feret omnib⁹ annis, Recte uero subiungit:

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum,
Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.
Hanc uero aut stultitiā, aut si mauis insaniā hic appellat morbū, non corporis quidē, sed animi.
BR V. Quoniā autē tanti facis unius uocis mutationem, non possum præire, quin & alterius cuiusdā potius immutationem obijciam. Quid enim tibi in mentē uenit, qui pro docendo, substitueris dicendo? L AE. Nihil nisi quia præcedūt ratio & oratio, ut utrunq; haberet duo uocabula sibi subiuncta. Nam oratio (ut scis) dicēdo fit & communicando: ratio uero disceptando & iudicando cernitur. BR V. Aldus tamen habet docendo & discendo. L AE. Habet quidem, sed rationem tibi dedi. BR V. Tu autē superius adfirmasti tuum exemplare cum Aldino ex maxima parte cōuenire. L AE. Ita est ut dicis: Ex maxima quidē, illius codex cum meo, sed non ex omni parte conuenit. Nam quid tandem mihi opus esset, hos sumere labores, si nos
Aldus

CASTIGATIONVM LIBRI I.

Aldus sua industria omnino præuenisset. Deinde sequitur non minor error, quem nostrum exemplare facile tollit. Cicero enim sic ait. Facillime autem ad res iniustas impellit, ut quisque est altissimo animo & gloria & cupiditate. Quod reliqui omnes, & gloriae cupido legunt. Hæc uero lectio magis apta uidetur. BRV. Quamobrem? LAE. Nam quo altior est animus gloria quidem & cupiditate, eò facilius est ad iniurias. Gloriae autem cupidus animus, & si semper sit turpis, minus tamen nocet. Ciuili-ter enim contendant, & animi gloriae cupidi sint in Republica necesse est. Id quod uetustus poëta Hesiodus ad hunc modum concedit. Latine uero tibi ex tempore dicam: non enim externa lingua multum delectaris.

Aemulatur uicinum uicinus,

Qui ad diuitias properat, Hæc autem contentio Bona est hominibus.

Præterea nostra historia plena est huiusmodi exemplorum. Quis enim uitam suam pro salute patriæ profunderet, nisi etiam suam gloriam ad posteritatem peruenturam speraret? Is uero, qui altissimum habet animum gloria & cupiditate, longe turpius est, multoque facilius ad iniustas res impellitur, quam qui gloriae cupidus habet. Nam cupiditas summum animi uitium est. BRV. Probe ais. LAE. Quam uero iam me probe

dixisse ais, multū mihi inde assumo, ita ut maiorem progrediendi animum addideris. BR V. Progredere igitur, si lubet. LAE. Lubet quidē. Quid tibi autē uidetur de eo, in quo domesticas res bellicis pręfert, atq; Lycurgi leges pluris facit, q̃ Themistoclis, aut Pausanię, siue Lysandri res fortiter gestas? Leges quidē (inquit) causę fuerunt, ut illi imperatores exercitus & parentioris & fortioris habuerint. Omnes profecto paratiorēs legūt: nos uero parētiores habemus, id est, magis obediētes, propter pœnam uidelicet legum. Leges enī exercitum nō paratiorem, hoc est, instructiorē, sed parentiorem reddunt. BR V. Imò reddunt nō modo parentiorem, sed paratiorē. Nam qui exercitus est paratior, idem erit etiā paratior, id est, ut tu ais, instructior, & prōptior. LAE. Male cohærēt. Leges enī ut obedientia sequat̃ necesse est, promptitudinem uero eas sequi, necesse non est. Sed quid dices de hoc qđ modo putauī. Nunc enim ita legitur. Illud autē sic est iudicandū maximas geri res, & maxime ab his, qui Respublicas regant, qđ earum administratio latissime pateat. Vides iam quod nostri labores nō omnino sine fructu sint perituri? Omnes enī codices, q̃s hactenus unq̃ uidi, ita habent, & maximi animi ab his, & cætera. Quid tibi hæc uerba uolunt? BR V. Nescio hercle, nisi qđ nō intelligo, quid ad hunc

CASTIGATIONVM LIBRI I.

ad hunc locū faciāt. LAE. Credo, quoniā totam
sententiā reddunt obscuriorē, quæ iam nostra
opera satis est illustrata. Deinde legunt Rem-
publicā quum ego plurali utar numero, atque
Respublicas substituā, ob nullam aliā causam,
nisi q̄ (earum) sequat̄, pro qua uoce reliqui codi-
ces eorū habent, quasi administrantiū ratio plus
pateat, q̄ Rerumpublicarum administratio.
BR V. Nequaquā, esset em̄ maxime absurdū istud
credere. LAE. Recte sentis, sed pergamus: Ma-
le & deprauate legiūt, quum Cicero noster nobi-
lis certe philosophus de naturarum differētia
differit, ad hunc modū. Atq; hæc differentia na-
turarum tantā habet uim, ut nonnunq̄ mortem
sibi ipse aliquis cōsciscere debeat. Dic obsecro,
quæ hæc est differentia naturæ, si quis sibi mor-
tem cōsciscat? BR V. Nescio, ex te tamen audi-
re cupio. LAE. Sic igitur est legendū. Atq; hæc
differentia naturarū tantam habet uim, ut non-
nunq̄ mortem sibi ipse consciscere alius debeat,
alius in eadem causā nō debeat. Hoc modo dif-
ferētiā naturarū intelliges. BR V. Ita est pro-
fecto, ut dicis. Ita semper firmis rationibus me
adducis in tuam sententiā, ut post hac à te dis-
sentire mihi impium habeat̄. LAE. Alium iam
tibi enarrabo locū, quem Cicero iuxta Aristo-
telis sententiā tractat, quum monet nos, ut no-
stræ naturæ rationē recte habeamus, ne quum

DIALOGVS

aliud nosiamur, aliò nos impetus naturæ rapiat, atq; merito tandē rideamur, quādo inuita (ut aiūt) Minerua rē aggressi fuerimus. BR. V. Illud aut ipsū est, qd maxime ex te audire cupio. L. AE. Audies: Suadet nobis Cicero, prudēs profecto cōsiliarius, ut si necessitas, quæ à poetā Euripide recte ^{σῆμα} uocat: nam eò libentius utor huius poetæ autoritate, q; etiā à nostro Cicerone plurimi solebat fieri: nos ad ea detruserit, ut ea quæ nostri ingenij nō erunt, omnē curam, meditationē, diligentia esse adhibendā, ut ea si nō optime, at nō indecore facere possim⁹. BR. V. Sed qd tibi uidet de sentētia, quæ statim subsequit. Nam Aldus præter oīm opinionē ita legit. Nec tam est enitendū, ut bona quæ nobis data nō sint, sequamur, quā ut uitia fugiam⁹. L. AE. Ita mediūsfidius meus etiā codex legit, nisi q; una uoce dissentiat: nam cōsequamur prosequamur habet. Quod tamē aphēresis, quæ etiā nōnunq; oratores utunt, facile excusabit. BR. V. Nūc mihi recte perspexisse uideor te nō multum ab Aldo dissentire. L. AE. Quantū mea fides patit, semper cū eo cōsentio: Inter omnis em̄ eos, qui libros unq; nobis procudebant, nemo fuit aut Aldo doctior, aut diligētior. Accidit tamē ut aliquādo non solū ab hoc, sed ab omnibus dissentire cogamur. Est em̄ nostri codicis antiquitati aliqd attribuendū, præcipue quā magna

CASTIGATIONVM LIBRI II.

magna & fide & diligentia sit cōscriptus. Quē
admodum in hoc etiā loco, quem de uiroꝝ di-
gnitate tractat, fideliter deprehendimus. Nos
ita legimus: Nam & palēstrici motus sæpe sunt
odiosiores, & histrionū nonnulli gestus inepti
nō uacant offensione. Voce (offensione) oīa exē-
plaria carēt. BR V. Cōmode aut, ut mihi uidet̃,
adeſt hęc uox, alioqui ſentētia nō eſſet integra.
L AE. Verum ut ea uideret̃ illis integra, ſi dijs
placet, dixerunt ineptijs pro inepti. Non longe
autē poſt, ubi docet ſermonē eſſe oportere lenē,
minimeq; pertinacem, ſic ſubiungit: Nec uero
tanq̃ in poſſeſſionē uenerit, excludat alios, ſed
cum reliquis in rebus, tum etiam in ſermone cō-
muni uiciſſitudinem nō iniquā putet. Ita meus
codex habet, atq; iſte modus non plebeius, ſed
Cicerōni admodū familiaris eſſe uidet̃. BR V.
Videtur quidem. Sed priora uerba nō multum
aberunt à uera ſentētia. LAE. Ita eſt, ut ais: Hęc
tamē lectio eſt & gratior & familiarior. Sic tu
fortaſſe nulla alia ratione mutatum illud puta-
bis, quā ut nunc putaſti, quod eſt trium præ-
ceptorum in omni actiōe ſeruadoꝝ tertium:
ſic enim, inquit Cicero. Tertium eſt, ut cauea-
mus, ut ea quę pertinet̃ ad liberalitatē, ſpecie &
dignitate moderata ſint. BR V. Non putabo.
Longe enim aliud eſt, ut ea ſint moderata, quę
pertinent ad liberalitatem, ſpecie & dignita-

DIALOGVS

te, q̄ quę ad liberalē speciem pertinent & digni-
tatem. Nam docet, ut omnia & specie & digni-
tate moderemur, quę sunt liberalitatis. LAE.
probe intelligis. Superest tamen adhuc, q̄d emē-
dandum se offert, ferē in fine huius primi libri.
Quando plures credebant idcirco initam esse
cum hominibus communitatem & societatem,
quod ea, quę natura desideraret, consequi sine
alijs, atque efficere non possemus. Quam sen-
tentiam acerrime oppugnat. Passim autem pro
initam (istam) legunt. Quum tamen hæc loquē-
di formula apud nostrum Ciceronem admo-
dum sit usitata: ut inire gratiam, amicitiam, sic
etiam inire societatem, communitatem dicere
possumus. Præterea magis ad hunc locum (ini-
tam, q̄ istam) quadrat, id q̄d tum ex superiori-
bus tum etiā sequentibus uerbis facile colligere
licebit. BRV. Sic mihi uidef. Iam uero, quādo
em̄ nihil amplius habes, q̄d emendes, ad secun-
dum librum te accingas.

CASTIGATIONES SE- CVNDI LIBRI.

LAELIVS BRVTVS.

COgitāti mihi q̄ difficile esset, diutius in
hac castigādi molestia & negotio uersari,
q̄d, p̄fecto q̄ plurimis (ut scio) ingratiū est futurū,
tandem occurrit, q̄d recte omnē molestiā leua-
bit. Est aut̄ illud, q̄ ab ineunte ætate semper Ci-
cero-

CASTIGATIONVM LIBRI II.

ceronis ingeniū, studia, industriā, moresq; ama-
uerim. Miserebat em̄ me nostrum familiarē ini-
qua tēporis uerustate toties esse deprauatum.
Hę citaq; prima causa erat, quę me mouit, ut ala-
crius quicquid esset, sim aggressus. Nihil aut̄ at-
tentauī, qđ nō mei codicis autoritate testari po-
tuerim. BR V. Mirabar profecto, cur in institu-
to labore ita cessares. LAE. Causam iā dixi. Sed
tātū nō est estimāda, ut mihi amplius sit aut mo-
rę aut impedimento. Ausculta itaq; paucis em̄
absoluā hunc secundū librum: nam singula per-
sequi quę uel mutata, uel emēdata sunt, non est
nostri instituti: More autē meo à leuioribus (ut
antea dixi) semper exordiar, & paulatim ad
maiora p̄grediar. Illud est qđ te admoneri uo-
lo, ita recte legēda esse hęc uerba. Maximis igit̄
in malis, hoc tamē boni assequuti uideamur, ut
ea literis mādaremus, quę nec satis erāt nota no-
stris, & erāt cognitione dignissima. Oēs legunt
tantū, pro tamē: qđ absurdum est. Cicero em̄ sic
ait: etiā si iam simus in maximis malis, tamē hoc
boni cōsecuti uidemur. Nam hęc uox (tamē) est
aduersatiua, neq; ullā significat quantitātē. Prę-
terea qđ speraret se aliquid boni, ne dum tantū
ex maximis malis posse cōsequi? BR V. Recte
colligis. LAE. Sic etiā sola exēplaris mei anti-
quitate fretus, ad hunc modū sequētia uerba le-
go. In qđ lapsa cōsuetudo deflexit à uia, sensimq;

Q 5 cō de-

DIALOGVS

eò deducta est, ut honestatē ab utilitate secer-
 nens constitueret esse honestū aliquod, qđ utile
 nō esset, utile qđ non honestū. Reliqui codices
 habēt: In q̄ uerbo. Meus uero codex tanq̄ super-
 fluum respuit: deinde pro eo qđ est honestatem
 ab utilitate, habēt ab honesto utile. BR V. Parū
 discriminis est. L AE. Est quidē, aliquid tamen
 uenerādæ mei codicis uetustati concedendū pu-
 tauī, quum magnā ubiq; in eo fidem experiar.
 BR V. Credo. Illud uero non magna fide mihi
 mutasse uideris, qđ tradit de medicinę benefi-
 cio ijs uerbis: Quibus rebus exulta hoīm uita
 tñ distat à uictu & cultu bestiarū, dic cur legis
 distat? L AE. Dicā: An non hoīm uita exultior
 est, q̄ bestiarū? BR V. Est quidē. L AE. Nō ergo
 distat, hoc est, differt, & magno quidē discrimi-
 ne? BR V. Fateor. Dic aut an non etiā destite-
 rit, qđ est decesserit & se à brutorū uictu remoue-
 rit? L AE. Quod si id uerū uelis, nō uideo quin
 & re & noīe sis Brutus. Non em̄ potes destite-
 re, id est, desinere, nisi olim cū bestiis cibū cepe-
 ris, atq; uixeris. B R V. Stomachum tibi moui.
 L AE. Si distitit legeres, facile cōcederē. Namq;
 non de temporis ratione, sed de uocis significa-
 tione tecum cōtendo. BR V. Perge. L AE. Simi-
 li ratione sum adductus, ut illum locum, quē de
 captanda multitudinis gloria habes, mutarem.
 Hæc enim sunt Ciceronis uerba. Hæc autē (si-
 cut

CASTIGATIONVM LIBRI II.

tur est simpliciter breuiterq; dicendum) quibus
 rebus parantur à singulis, eisdem ferè à multi-
 tudine: Haëtenus legebāt uulgo, si pro sicut, &
 pariuntur pro parantur. De priore quidem uo-
 ce nihil est quod sit disputandum, sed quod pa-
 riuntur legant, figuratum esse uideo, atq; id fa-
 tis durum. Vnde recte substituendum esse pu-
 ro, quemadmodum meus codex testatur, paran-
 tur: sic est significantius uocabulum, nempe si-
 ne figura. Deinde longe quidem, pòst diuersa
 etiam sequitur lectio, uidelicet in epistola Phi-
 lippi Macedonum regis, quam ad suum filium
 Alexandrum scripsit, in qua prudēs pater stul-
 tum filium à populari largitione dehortatur,
 ne sibi posthac pecunia sua amicos emat. Ira ue-
 ro ego emendaui: An tu id agis, ut Macedones
 non te regem suum, sed ministrum & præbito-
 rem sperent fore? Iam hæc clausula Ciceronis
 est. Bene ministrum & præbitorem, quia sordī-
 dum regi. Est enim Ciceroni nostro admodum
 familiare, suas clausulas alienis attexere, siue
 subiungere uerbis: Quemadmodum statim sub-
 dit. Melius etiam quod largitionem corrupte-
 lam esse dixit. B R V. Iam intelligo. Quasi non
 dixisset (melius) nisi (bene) præcederet. L A E.
 L I V S. Rem ipsam putas. B R V. Deinde le-
 gis cæteris pro certis, nescio tamē qua id ratio-
 ne fiat. L A E. Dicam tibi, Cicero iubet, ut eos
 quos

quos inuiti offendimus, ceteris officijs nobis recōciliemus. Tum cū inuiti amicos offendimus, si propinquus à nostro aliquo amico in ius fuerit uocatus, atq; nos propinquo, cui in hoc officio plus q̃ alteri debemus, fuerimus aduocati. Vnde iubet reliquis operis & officijs compensandum esse id quod uiolatū uidebitur. B R V. Recte intelligis. L A E. Si uero certis legeris, quid aliud erit, nisi ut te certa conditione redimas prius ab amicis, q̃ propinquum in lite iueris? B R V. Satis absurdū esse uideretur. L A E. Ita sanè puto. Sed pollicitus sum tibi me breuiorem q̃ antea futurū. Quare si quid erit, qd te dignum fuerit, in ipso Cicerone emendatū reperies. Nolo enim ut mea collocutione diutius ab huius autoris lectione detinearis.

CASTIGATIONES LIBRI TERTII.

L AELIVS BRVTVS.

Nescio quomodo accadat Brute, ut quāto magis in hac re progrediar, tātō minus propositū finem cōsequar. Ita cū se hoc negocium aperit, quasi nullū terminum sit habiturū, in q̃ definat. B R V. Illud te hortor, ne in medio cursu, ut aiunt, definas. Quemadmodū cū Apelles pictor, qui Veneris, caput & pectus politissima arte perfecerat, sed reliquam corporis partem inchoatā reliquerat, maiore inde reposita

CASTIGATIONVM LIBRI III.

tasset laudē, si totam absoluiſſet effigiem. Ita tu
 etiā ſi in medio hoc negotio, qđ non ſine laude
 exorſus es, ceſſaueris, parū gloriæ aut dignita-
 tis ad te accedet. L AE. Recte uero hortaris.
 Verum ut ad inſtitutū redeamus laborē, breui
 accipe. Male legūt nō longe à principio ad hūc
 modū. Quamobrē de iudicio Panætij dubitari
 poteſt. Recte ne autē hanc tertią partem ad ex-
 quirēdum officiū adiūxerit, an ſecus: de eo for-
 taſſis dubitari poteſt. Meus codex pro extre-
 mo (dubitari) legit diſputari, probe quidem &
 prudēter. Cicero em̄ ſtatim ingredit̄ in diſputa-
 tionem, in qua omnē tollit dubitationē. BR V.
 Verū eſt proſecto, qđ ais: licet prius nō planē
 perſpexerim. L AE. Deinde eodē modo corru-
 pte legīt nō longe inferius ijs uerbis. Cum autē
 aliquid actū eſt, in q̄ media officia cōparantur,
 id cumulate uidet̄ eſſe perfectū. Nihil autē Ci-
 cero de eo loquit̄, q̄ media officia cōparari poſ-
 ſent, ſed in quo tantū cernant̄. Quamobrē meus
 codex hunc locū ita emēdat, legit em̄ pro cōpa-
 rantur compareant. B R V. Auſculto ſedulō.
 L AE. Deinde etiā ſic legendum eſſe puto, mei
 quidē codicis autoritate cōmonitus: Quocirca
 nec id qđ uere honeſtū eſt, fas eſt, cum utilitatis
 repugnātia cōparari. B R V. Quomodo Aldus
 legit? L AE. Is eſt, qui omniū proxime accedit
 ad hanc ſententiam, niſi qđ utilis pro utilitatjs
 habeat.

DIALOGVS

habeat. Reliqui uero subiungūt causālē, uel similitudinis particulā (ut) qđ stultum esse uidet. BR V. Hęc leuia uidentē esse, grauius tibi adferam. LAE. Adfer si potes BR V. Possum. Quid em̄ ad ea respōdebis, quæ iam adduco. Sed si cū animū attenderis, turpitudinē uideas adiunctā ei rei, quæ speciē utilitatis attulerit, tūc utilitas nō requirenda est. LAE. Dic uero mi Brute, qđ modo hęc uerba cohæreāt. Qua em̄ ratione utilitas nō requirenda est, ubi nulla sit utilitas? Dicit em̄ Cicero nihil esse utile, qđ nō sit honestū. Ergo nulla utilitas requirēda est, ubi nō erit honestas. Meus uero codex habet, tūc utilitas nō est relinquēda. Quasi dicat: si existimes tibi relinquendam esse utilitatē, ut uulgus putat, sine honestate, sic habeto, qđ nulla sit utilitas, quæ sit inhonesta. Magis igit turpitudinē, q̄ utilitatem relinques. BR V. De neutro tecū contendam: nam utrūq; ferē est idem. LAE. Neq; ego longius de hac re tecū rixabor, meus tamē codex in hoc loco reliquis est integrior. Pauca adhuc habeo, quæ tecū conferā. Nos ita legimus & intelligimus. In eisdē uersabimur, cū docebimus ea quæ uidentē esse utilia, neq; sint uirtuti inimica, hoc est, quando ea declarabimus, quæ & utilia & honesta sint. Qui aliter legit, id qđ iurare possum, nunq̄ intelliget. BR V. Serio autē adfirmas, ut uideo. LAE. Hoc uero quasi
 exire

CASTIGATIONVM LIBRI III.

extremā adhibuerim manū, tibi subiungā. Vna
em̄ uox meo quidē iudicio diuersam nobis pa-
rit sententiā. Hæc uero uerba sunt Ciceronis:
Dicunt em̄ uoluptatis magnitudinē doloris de-
tractione fieri. Meus codex habet finiri, ut sit
sensus, quantū detraxeris dolori, quo Epicurus
mala terminauit, tantū etiam detrahes magni-
tudini uoluptatis, in qua idē Epicurus bona po-
suit, atq; hoc modo unū cū altero corruiet. Si em̄
Epicureis dolor stare nō poterit, neq; uoluptas
stabit, q̄ hac summa bona, illo uero summa ma-
la metiunt. BR V. Nō puto tamen adeò absur-
dum esse, si etiā fieri legat. L AE. Nescio profe-
cto q̄ sit absurdū. Illud uero scio diuersam esse
sententiam, si fieri legeris. BR V. An nō staret
hæc sentētia? Quantū dolori detraxeris, tm̄ ac-
cedet ad uoluptatis magnitudinē. L AE. Mihi
non uideat. Ego autē ob eam causam, hanc susce-
pi disputationē, ut tibi morē gererem, atq; no-
strum familiarē Ciceronē à plerisq; erroribus
uindicarem. Tibi iam pro mea quidē parte fa-
tiffecisse mihi uideor, Ciceroni uero nō uideor,
etiamsi maxime uellem. Dignus em̄ est, in cuius
laude oīa mea studia, omnem operam, omnem
industriā, & cogitationem figam atq; collocē.

FINIS.